

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluntas af
cum fontibus primis

Dico fiducialiter: nemini qui sit in propria uoluntate posset uniuersus mundus sufficere. Vtinam propria uoluntas ← rebus istis esset contenta ne in ipsum, horribile dictu, deseuiret auctorem.

←

→

Omnino enim uellet Deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse Deum que quantum in ipsa est, uult eum aut impotentem, aut iniustum, aut insipientem esse. Crudelis plane et omnino extranea malicia que Dei potentiam, iusticiam, sapienciam perire desiderat.

Dico fiducialiter: nemini qui sit in propria voluntate posset universus mundus sufficere. Sed utinam vel rebus istis esset contenta, ne in ipsum, – horribile dictu! –, desaeviret auctorem. Nunc autem et ipsum, quod in ipsa est, Deum perimit voluntas propria.
Omnino enim vellet Deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse Deum, quae, quantum in ipsa est, vult eum aut impotentem, aut iniustum esse, aut insipientem. Crudelis plane et omnino exsecranda malitia, quae Dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire desiderat.

Qui autem uult Deum esse iniustum, uult Deum non esse Deum; et qui desiderat Deum non esse, nonne quantum in se est Deum occidit?

Bernardus ibidem (super Cantica sermone LXXII.).

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in die Paschae*, 3, 3 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.106, ll.9-16).

Qui enim Deum vult esse injustum, vult Deum non esse Deum. Et qui desiderat non esse Deum, nonne quantum in eo est, ipse Deum occidit?

Guibertus de Nouigento, *Sermo in verba sapientiae*, 14 (PL 184, col.1040D-1041A).